



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

De Sacerdotis secularibus. Capvt XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

inueniri monasteria, in quibus se uera, serua ac
aspera ducatur vita. D. Non inferior verum id
esse. Sed tamen pauca sunt, proh dolor, in qui-
bus vera cernatur strenuitas, feroor & dili-
gentia. H. Queso, mi Domine, huius te miseres-
tia. Id enim me ex animo perterret atq; affigit.

De Sacerdotibus secularibus.

CAPVT XII.

DEVS: Contuere porrò, vt Sacerdotes sea-
culares bona & facultates suas consu-
mant, vt, ea quæ ex Ecclesiasticis accipi-
unt Beneficijs, luxuriando, commessando, po-
rando, fastum ac superbiam lectando, tam tur-
piter abliguriant & absumant. Vide quam pre-
ter omne decorum sacerdotij, vestes habeant
planè inhonestas, quam petulanter & indigne
multis modis sese gerant. Adspice vt bona Ec-
clesia, quæ ipse ego meo acquisiui sanguine,
quaque fideles pro suarum salute animarum,
interim diras Purgatorij pœnas luentium, ob-
tulerunt, tam à religiosis quam secularibus sa-
cerdotibus dilapidentur. Vide quantum ijon-
nes dignitatis & honoris sui rationem habeat,
& ita, vt ea exigunt, viuant: quamque parum in
illis omnibus, quæ siue agunt, siue omittunt,
Deum ex animo spectent & ament. Enim uero
omnis erga DEVM, strenuitas & feroor apud
tos iacet ac refrixit, & ita parum curant ex-
periri ac sentire DEVM in interioribus suis
ac si id nihil ad eos pertineat: neque huius
eos aliqua tenera sollicitudo. Potius de magnis

Aa 4 — Eccle-

Ecclesiæ redditibus cumulandis , itemq; de magna acquirenda scientia cogitant , vt videlicet per hanc , celebrem sibi apud Ecclesiasticos & Laicos existimationem , honoremq; & diuinam comparent . Magis , inquam , eo spectant vii hominum sibi captent gratiam , hominibusq; venditent & placeant , quam ut Deum eiusque gratiam intus percipient . Vnde fit ut suam eis Deus gratiam , qua prædicti sunt , auferat . Iijsq; largiatur .

H. Id vero mirum videtur . Itane Dominus Deus ab eo aufers gratiam tuam , qui parum habet , & præstas illi qui ea abundat ?

D. Cum gratiam Deus largitur suam , & qui accipit , malè eam seruat , rursus tollitur ab eo , daturq; multum habenti , eamque seruat amanter custodienti . H. Gratias tibi Dominus Deus , quod vel aliqui supersunt , qui tuæ gratiae capaces sint , eamq; conseruent .

Seruorum
Dei paucitas
quanta eorū
que quanta
necessitatis .

D. Noueris eos esse paucissimos : ijdemq; morerentur , mox Christiana religio penitus interiret . H. Huius , obsecro Domine , te misereat . Evidem , si modo possem , libens sanguinem cordis mei ob id per oculos meos profundere . D. Esset id aliquid , si quid tamen prodesse posset .

De Beguinis .

CAPVT XIII.

Beguinorum
moderarū
quale studiū

DeVS : At nunc tuos aduerte obtutus ad contemplandam Beguinorum vitam , cuiusmodi ea hodie sit . Vide , quæso , vbi iam